

24 ¶ Idem Leo concessit, vt omnia & singula
 priuilegia et indulta Ordini Fratrum Mino-
 rum, tam per ipsum Leonem quam per alios
 quoscunq; Romanos Pontifices concessa Fra-
 tribus Minoribus Observantie ac Conuentua-
 libus predicti Ordinis inuicem perpetuo sint
 communicata, eisq; suffragentur in quantum
 concordie per eundem Leonem facte non
 sunt contraria. Ex Compendio Archiepiscopi
 predicti. num. 12. 13. & 14.

DE EXPRESSIS INDULTIS
 quibus Fratres Minores omnium Ordinum Men-
 dicantium & non Mendicantium gaudent priui-
 legiis sue professioni et regulari obseruantie
 non contrariis.

25 ¶ Sed amplior multo et extensior est com-
 municatio priuilegiorum pro tribus Ordini-
 bus Sanctissimi Patris nostri Francisci con-
 cessa à Clemente. 7. sub anulo Piscatoris, die
 30. Maij, anno Domini millesimo quingen-
 tessimo vigesimo, Pontificatus sui anno. 21
 De qua Collector hoc eodem titulo. §. 19. Cu-
 ius tenorem refert Pater noster Christopho-
 rus à Capite fontium nostre Minorum Obser-
 uantie familie quondam Generalis, in Com-
 pendio.